



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Confessor IV. quoad pr[a]esentatione[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

CONFESSOR. IV.

Quo ad praesentationem.

Confessores ignari praesentari non debet.
cap. 4. num. 4. & in Nou. num. 10.

Non sunt sublata per ius commune privilegia Religiosorum, circa modum praesentandi Ordinario confessores sui ordinis.
cap. 27. num. 190. & 261. Nou. num. 264.

Episcopo, sine iusta causa, nolente eos admittere, possunt praesentati facere omnia perinde ac si fuissent admissi. num. 262. Nou. num. 264. etiam post Concil. Trident. additum in Nou. in miscellanea 1. num. 264. & num. 265.

Religiosos suos tenentur Praelati praesentare episcopis in Confessarios. num. 261. Nou. 264. Atque Religiosus sic a suo Praelato praesentatus, & admissus ab Ordinario, non indiget amplius nova alia praesentatione, quamvis aliquoties exierit dioecesim. num. 262. Nou. num. 266.

Per privilegium Innocentij VII. potest aliter fieri praesentatio. num. 267.

Per bullam Greg. XIII. reuocantur privilegia a Pio V. mendicantibus concessa, quatenus contrariantur Concil. Trid. in fine Manualis.

K 3 Peccans,

A Peccans, ob confidentiam veniæ, minus peccat, & ideo hæc circumstantia non est necessariò confitenda. cap. 6. num. 4. Nou. nu. 3. in fine.

Confidentia *in genere est certa spes de re aliqua quòd ita fuit, est, vel erit; & est duplex, licita vel illicita.* cap. 23. num. 109.

B Confidentia licita est, qua quis ordinatè sperat: illicita verò, qua inordinatè. Quæ etiam distinctio faciendâ est in Confidentia beneficiâ. Nam confidentia beneficiâ licita, est illa qua quis ordinatè cõfidit, quòd collator conferet beneficium fratri suo, eo digno. Illicita autem est, qua quis inordinatè cõfidit quòd collator conferet beneficium fratri suo, eo indigno. Ibidem.

C Illicita rursus est duplex, Simoniaca, qua quis cõfidit quòd collator conferet beneficium mediante pretio, pacto, modo, vel conditione expressa, vel tacita, digno vel indigno. Illicita non Simoniaca, est, qua quis cõfidit quòd collator conferet beneficium ob cognationem, amicitiam, indigno, sine interuentione pretij, pacti, modi seu conditionis. Atque ex his duabus prima est verita per motum proprium Pij I V. & Pij V. Ibid.

Confidentia, quæ ante Extrauagan. horum Pontificum erat, vel licita, vel illicita, & Simoniaca; vel illicita, & non Simoniaca; est